



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

7. Pictor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

10 Incolæ locorum, in quibus decretum Trident. non obligat, diuertentes ad alia oppida per modum transitus, & hospitij, vbi obligat hoc decretum, non possunt absque parochio, & testibus validè contrahere matrimonium, *l. 3. disp. 18. nu. 26.*

11 Incolæ locorum, vbi Trid. obligat, habitantes per modum transitus in loco, vbi nõ obligat, possunt validè contrahere sine parochio, & testibus, quamuis in fraudem transeant ad talia loca. *lib. 3. disp. 18. n. 29.* Idem dicendum de captiuis, & mercatoribus existentibus, apud infideles, *ibid. num. 35.*

Pictor.

1 Pingens turpia, vt Venerem, aut Adonidem, delectis pudendis, aut diaphano velo operis, est culpa mortalis, *lib. 9. disputat. 46. numer. 44.*

Pœna.

1 Pœna adiecta contractui sponsalium diminuens proprium patrimonium est omnino irrita. Et violans fidem, non tenetur in vtroque foro eam soluere, licet sic appositæ inter consanguineos, amicos, vel eos, qui probabiliter possunt inducere sponfos ad matrimonium, nec pœnam amittant. Secus de pœna non inducente necessitatem matrimonij, vt quando parentes promittunt sub certa pœna se facturos, vel absolutè matrimonium filiorum, *lib. 1. disp. 30. à nu. 1. vsq. ad 4.*

2 Pœna appositæ ipsis sponfis inter extraneos